



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De sacrilegio, crimine Religioni opposito. Punct. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](#)

6. Denique dubitari potest; an blasphemus post condemnationem repellendus sit à testimonio tanquam infamis? Ratio dubius est; quia ex iure civili non reputatur infamis, ut probat lex famosi, ff. ad leg. Iul. maius, ibi subiectum lingua non debet facilius trahi ad personam. Ex facto autem non potest dici infamis? quia haec infamia penitentia, & retractatione remittens abolevit; arque ita tradidit Bald. conf. 152. lib. 1. col. 1. quem sequitur Aymon, Saumilian, conf. 6. col. 2.

Dico ergo hunc blasphemum sic condemnatum à testimonio dicendo non repellere; quia, neque est infamis infamia iuris, neque facti, ut probat supradicta ratio: at eius testimonionum non est undeque firmum, sed aliquatenus diminuitur ex delicto facto, rameti castigato. Negant enim non potest ex obiectione blasphemie testimonium aliqua ex parte diminui, neque esse ita solidum, ut si nihil obici posset. At testis omni excepto maior est ille, cui nihil obici potest; quod suspicitionem ingenerat falsitatem, ut recte probat alius relatis Couarri, in Epitome decret. 2. part. cap. 8. §. ultimo, numero 7. & 8. Ergo blasphemus, cui blasphemia obici potest, non confutetur testis omni exceptione maior: sic Couarrus, in cap. quattuor paucum, de Pasc. 1. part. §. 7. num. 11. verf. Huius equidem, cum Alexand. Decio. Thom. Grammatico. Quod intelligendum censeo, dum recent fuit blasphemia, & illius declaratio. Nam si multum tempus transierit, verbi gratia, duobus, vel tribus annis, in quibus constat de illo virtio emendatum esse, censeo ob illam causam eius testimonium non infirmari, quod inihi probat ratio dubitandi.

## P V N C T Y M III.

## De Sacrilegio criminis Religioni opposito.

**S**i etymologiam nominis spectemus, sacrilegium idem est, quod rei sacra legium, sive furtum: & sic sacrilegus est qui sacrum legit, seu furatur: sic Isidorus lib. 1. origin. lit. 8. Quintilianus lib. 5. cap. 10. Ambrosius, Calepinus verbo *sacrilegium* Decian. tractat. criminis, lib. 9. cap. 14. Rub. de *Sacrilegio*, num. 9. & alij communiter. Aliquando nimis latè sacrilegium sumunt pro quoquinque virtu religioni opposito: & sic comprehendunt quilibet profanum cultum, quia in eo Deus, qui est summae propriae offenditur: quia ratione D. Augustinus aliquid Patres idolorum sacrificia vocabant sacrilegia sacra, & pacta cum dæmonibus sacrilega pacta: sed haec acceptio sacrilegij propria non est. Propria ergo acceptio sacrilegij est, quia ex re facta à Deo diffinitæ lassone, seu violacione sumunt sic D. Thom. ab omnibus receptus. 2. 2. quæst. 99. art. 1. & 3. secundum hanc acceptiōnem, explicabimus, quid sacrilegum sit, quotuplex, quale peccatum, & quas penas habeat annexas.

## §. I.

Quid sit Sacrilegium, &amp; quotuplex.

## S V M M A R I V M.

1. *Sacrilegium definitur.*
2. *Distinguitur ab illis vitiis superioribus, Puncto secundo enumeratis.*
3. *Sacrilegium sit per actionem involuntariam eius in cuius cultum res sacra dicata est: & ibi an simonia sacrilegium sit?*
4. *Triplex est sacrilegium circa personam, circa locum sacrum, circa res sacras.*
5. *Sub iis varia species continentur.*

1. *Sacrilegium definitur à D. Thom. 2. 2. quæst. 99. art. 1. quem omnes sequuntur, ut sit sacrilegium rei iuxto, seu viatio. Nomina rei sacræ intelligunt illa, quæ lege diuina, vel Ecclesiastica in cultum Dei est destinata; si ergo huic cultui contrariares, rem sacram violas, & sacrilegium committis.*

2. *Ex hac definitione manifeste inferitur, sacrilegium distinguiri à peritio, à tentatione Dei, à Magia, superstitione, & blasphemia, & qualibet alio virtu, quo divina maiestas directe in te offenditur; quia sacrilegium non respicit immediatè ipsum Deum tanquam materiam, & obiectum, circa quod veritatur, qualiter recipit peritum, blasphemia, tentatio Dei, supersticio, &c. sed respicit rem creatam in cultum Dei destinatam, cuius cultum derogat; ac proinde sacrilegium offendit Deum non se, sed in tebus ipsi dicatis: Sic Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 3. de *Sacrilegio* in proemio. Lefsi. lib. 2. cap. 45. dub. 2. n. 7.*

3. *Solum est difficultas qualis debeat esse haec violatio? Caetan. dicta quæst. 99. art. 2. dicit debet fieri per actionem*

*involuntariam illius, cuius res est, cum autem contra voluntatem Dei fiat, quia res sibi dicata; male tractatur; efficitur sacrilegium committi per actionem involuntariam respecta Dei. Ex quo inferi simonia non esse sacrilegium; quid sit consentiente parte, cuius res est. Addit de simonia separata à sacrilegio agere D. Thom. & Doctores. Ergo credunt à sacrilegio distinguiri.*

*Fateor sacrilegium committi per actionem involuntariam illius, cuius res est, seu in cuius cultum est dicata: nego tamen inde inferi simonia verè, & propriè sacrilegium non esse, cum contra voluntatem Dei ematur, aut vendatur sacram. Neque obstat in tali venditione homines consentire, alii si Episcopus consentiret locum sacram profanari, res facta alienari, clericos ad facultate tribunal duci, sacrilegium non committetur. Quod non est dicendum: Ergo consensus partis non tollit sacrilegium: & ratio videtur manifesta, quia huiusmodi consensus non tollit, quin res faciat Deo dicata indebet tractetur, & Deus in tali tractatione offendatur. Ergo non tollit quin verè sacrilegium sit: arque ita docens Glossa in cap. Audinius 1. quæst. 3. per rect. ibi: *Lefsi lib. 2. de iustit. cap. 45. dub. 2. in fine. num. 8. Suarez. tom. 1. de Religione, tract. 3. lib. 3. c. 1. num. 6. Azor. tom. 1. infit. moral. lib. 9. cap. 27. quæst. 8. Neque obstat de Simonia separata à sacrilegio agi, quia id sit oblatam eius materiam, & specialem eius rationem, non quia verè sub sacrilegio non continetur.**

4. *Triplex genus rerum sacrarum enumerati solet, & iuxta illud triplex genus sacrilegij distinguuntur. Primum est circa personas sacras. Secundum circa locum sacrum. Tertium circa res sacras. Sub iis generibus variae species sacrilegij comprehenduntur; sed nulla est, que sub aliquo membro huius divisionis non comprehendatur; ac proinde haec diuina tanquam apta ad explicacionem huius virtutis sufficienda est, cāmque sufficiunt Doctores cum Glossa in c. *sacrilegium* 17. quæst. 4. & Theologi cum D. Thom. 2. 2. q. 99. art. 1. & 3. & Summilia, verb. *Sacrilegium*, Lefsi. dub. 2. Suarez. cap. 1. num. 8. Azor. cap. 27. quæst. 8. Valentin. disq. 6. quæst. 15. p. 1. in princeps Bonac. disq. 3. de primo decalog. præcept. q. 6. p. vniue. n. 1. & alij communiter.*

5. *Dixi sub iis generibus variae species sacrilegij contineri. Neque enim eiusdem speciei est sacrilegium commissum in persecutione clerici, ac commissum in imponendo ei aliquod tribulum, illius verò ad tribunal facultate defendendo. Et idem est de sacrilegio commissio aduersus locum sacrum, quod in variis species diuiditur secundum varias actiones, que ibi sunt prohibita, scilicet furium feminis, vel languinis emissio, judiciali strepitum, &c. Tertium genus clarius est sub se varia species contineat. Neque enim esse potest eadem sacrilegij species irreverenter tractare sacramenta, ac vasa sacra, ac imagines, reliquias, & bona Ecclesiastica. Dicendum ergo est illam trimembre diuisionem sacrilegij esse generis, in species subalternas: sic latè probat Suarez dict. 10. 1. de Relig. tract. 3. lib. 3. cap. 5.*

## §. II.

## Explicatur supradicta Diuiso Sacrilegij.

## S V M M A R I V M.

1. Qualiter lasso persona sacra sacrilegium sit.
2. Multipliciter persona sacra lasso potest: & an omnes habentes sacrilegia sint, examinatur.
3. Qualiter violatio loci sacri sacrilegium constitutat.
4. Sacrilegium est irreverentia sacramentis facta, & quid de facta Eucharistia. An distinguatur ab irreverentia Deo in sua persona facta?
5. Irreverentia in sacrificio facta gravior malitia est: quam sacrilegium.
6. Vasa sacra, imagines Dei, & Sanctorum reliquias profanare sacrilegium est. & quid si reliquia, & imagines Sanctorum profanentur, quatenus sunt imagines, & reliquia aliquorum, quibus ob propriam excelleniam veneratio debetur?
7. Profanatio sanctorum verborum est sacrilegium.
8. Item & ornamentorum Ecclesia, & ministrorum.
9. Alienare bona Ecclesia absque debita solemnitate sacrilegium est.
10. Quid dicendum de retentione decimarum, & legatorum.
11. Quid de tempore sacro, scilicet diebus festiis? Non videtur inter res sacras numerandam.
12. Prima diuiso sacrilegij (ut dixi) est qua committitur circa personam sacram. Personam sacram voco Ecclesiam, quæ tum ordine, tum religionis statu specialiter in Dei

Dei cultum destinatur. Hanc igitur si lades, quatenus facta est, sacrilegium committit. Dices: Veneratio harum personarum non est religio, sed quædam obseruancia: seu dulia. Ergo irreuerentia illis facta non est sacrilegium, sed alia species inferior. Nam peccatum commissum contra reverentiam debet alicui persone, illi virtuti opponitur, quæ dicit talem personam venerari: sicuti peccatum irreuerentia commissum contra parentes pietati opponitur: quia ex pietate tenuerunt parentes venerari: sicuti ex virtute dulie, vel ex politica obseruancia obligatus es personas Ecclesiasticas venerari, irreuerentia illis facta aduersus hanc virtutem erit, & non aduersus religionem,

Respondeo duplice posse te has personas venerari: Primo, quatenus in se habent aliquam excellentiam absolutam veneratione dignam. Secundo, quatenus in cultum Dei specialiter destinantur, & illius ministri sunt. Si primo modo has personas venerari, non ex religione, sed ex obseruancia, aut dulia venerari, & irreuerentia illis facta non contra religionem, sed contra virtutem obseruantem, vel dulie procedit. At si quatenus sum ministri Dei, & in diuinum cultum destinati illos venerari, actum religionis facit; quia non tam eos, quam Deum in illis venerari. Et contra si secundum hanc rationem illos offendas, sacrilegium virtuti religionis oppositum committis. Qocita cum Ecclesia prohibetur in has personas violentas manus inferri, & ad secularia iudicia trahi, quia Dei ministri sunt & cultui diuino deputati, si illos in his actionibus offendas, sacrilegium committis; quia offendis Deum in rebus sibi specialiter dicatis: sic notauit Suar. tom. I. de Religione, tractat. 3. lib. 3. cap. 6. m. 5.

2. Multipliciter autem lader personam Ecclesiasticam potes. Primo per violentam manus impositionem. Secundo per usurpatam iurisdictionem. Tertio per rapinam, & futrum. Quarto per actionem veneream. Neque alia occurrit actio, quæ possit persona sacra violari. Et quidem per violentam manus impositionem nemini esse potest dubium, sacrilegium committi: quia specialiter his personis cauetur intuitu religionis, honoris, & reverentiae ipsi debita ut constat ex cap. si quis fraudente. 17. quest. 4. Quare illa violenta manus impositionis non solum habet speciem iniustitiae, qualem haberet, si illa persona laesa Ecclesiastica non esset, sed habet speciem irregularitatis, seu sacrilegij; quia specialiter Ecclesia voluit Ecclesiasticam personam in reverentiam sui status liberam, & exemptam ab hac iniuria constitutam. Quæ autem hoc habet personam in particulari, quæ hoc priuilegio canonis gaudent, & quæ actio sub violentia manus impositione intelligatur, latè diximus, tractat. de excommunicat. punito de excommunicat. reverentia in decreto. De secunda actione, quæ est iurisdictionis usurpati, constat sacrilegij esse; quia est aduersus immunitatem his personis debitam: debetur enim is personis exemptio a foreni iudicio, & a vescigalibus, & iudicibus; quæ illas contra hanc immunitatem obligaret iudicium seculari susterere, & tributo solvere, sacrilegus esset. Quoniamque haec immunitates extenduntur: & quæ personæ violentias sint impositas latè diximus tractat de immunit. personarum Ecclesiastic. Tertia actio, quæ persona Ecclesiastica offendit possunt, est futrum & rapina: de quo non desunt Doctores qui affirmant sacrilegium esse, maximè si futrum, & rapina sui honorum titulo Ecclesiastico acquisitorum: sic Valent. 2. 2. disp. 6. quest. 15. p. 1. col. 2. Ceterum per hanc actionem specialiter non offenduntur persona Ecclesiastica; eo quod nullib[us] incuniantur à iure Ecclesiastico in hoc criminis defensio magis quam seculares: & notauit in presenti Suar. tom. 1. de Relig. tractat. 3. lib. 3. cap. 2. num. 8. Azot. 1. tom. lib. 9. cap. 27. questione 3. Si autem bona quæ furantur, non sunt beneficiarij, sed Ecclesia, quæ illas usurpare, sacrilegium committere: quia qualibet illarum alienatio sine debita solemnitate prohibetur. Sed hoc sacrilegium non est aduersus personam Ecclesiasticam, sed aduersus rem sacram. Quarta actio, quæ est fornicatio, & similia turpitudine si à persona Ecclesiastica fiat, iudicatur communiter à Doctoribus sacrilegium: quia personas Ecclesiasticas maxime dedecet: ratione enim sui status à tali macula conuenit, esse immunes. Quod à fortiori militat in his personis Ecclesiasticis, qui specialiter voto obligantur ab iis deflectionibus abstineri, quales sunt ordine facti infirmatae, & religiosa. H[oc] ergo per votum corpus suum, & animam Deo offerunt, & consecrant, reddunturque in illa parte quasi lacræ: ergo contra faciens sacrilegium committit: quia rem cultui diuino destinatae violat: sic committere Doctores cum Diu. Thom. 9. 114. art. 1. & 9. 99. art. 1. & ibi Caietan. Valen. disp. 6. q. 15. p. 1. in princ. Lessius lib. 2. c. 45. sub. 3. num. 11. Azot. 1. p. instit. moral. lib. 9. cap. 27. q. 5. Bonac. disp. 3. de primo decal. præcept. 9. 6. p. unico. num. 3. Qui omnes extendunt supradictam doctrinam ad quodlibet votum, cuius violationem sacrilegium esse affirmant: quia eo ipso, quod res per votum Deo dicata sit, iam est iure diuino in cultum Dei destinata. Ergo contra faciens sacram lade: est ergo sacrilegus. Ceterum mihi probabilitate est violationem votum

ti non in specie rigorosa sacrilegij, de qua in praesenti, sed in specie perfida constitutam esse, sic tener. Suarezum 1. de Religione, tract. 3. lib. 3. cap. 4. num. 5. Ratio est: quia per violationem voti Deus in se offenditur, cui votum infidelis est, qui offendit per periurium, per blasphemiam, per omisionem Missæ in die festo, & similia: sed iniuria, quibus Deus immediatè offenditur, sunt in aliis speciis à sacrilegio distinctæ, ut in princ. huius Punici diximus. Ergo violatio voti in aliis specie à sacrilegio constitui debet, quia nulla est alia nisi perfida fidelitate opposita. Neque obstat per votum tem proumptum in cultum Dei definiri, vt inde affirmemus sacrilegium esse illius violationem; quia cum non destinatur in alium cultum, nisi in aliis voti executionem, & oblationem fidelicitate non potest illius violatio aliam maliitiam habere, nisi malitiam infidelitatis. Neque item obstat turpitudinem dedere maximè personam Ecclesiasticam, & maxima si Sacerdos sit, vt inde affirmemus quilibet turpitudinem ab ipsis commissum esse sacrilegium: alias furtu, homicidia, blasphemia, detractiones, & qualibet alia peccata sacrilegia esse: quia omnia illa maxime dedecent Ecclesiasticas personas, & precepit Sacerdotes. Verum quia haec generaliter indecentia, & repugnatio non inferat speciem prohibitionem; ea de causa ad speciem sacrilegij non transeunt, sed intra propriam speciem grauiora sunt. Si dicendum est de fornicatione, & qualibet alia turpitudine, si voti obligationem secludamus: licet enim qualibet personas Ecclesiasticas haec maxime dedecat: quia tamen ex vi confectionis speciali lege non prohibetur ab iis abstineat: ea de causa sacrilegium non fuit. Vocari autem haec infidelitas sacrilegium; quia omnia via via religione opposita hoc nomine nuncupantur; non quia proprie sacrilegum sunt, qualiter in praesenti usurpamus.

3. Secundum genus sacrilegij dixi esse violationem loci facti quodam immunitates, quæ habet, quatenus talis locus est, quod qualiter contingat latè dixi tractat. de immunit. Ecclesia. Solum aduerso in una actione hoc, & precedens sacrilegium possit reperihi, si enim iudex laicus per violentiam clericum delinquenter à loco extrahat, & a suo tribunal sitat iudicandum, commitit triplex sacrilegium. Primum, ob violentiam manus impositionem. Secundum, ob extractionem à loco labore. Tertio, ob usurpatam iurisdictionem: quæ omnia in confessione manifestari debent: & ex parte notauit Suarez tom. I. de Relig. lib. 3. cap. n. 6. & 7.

4. Tertium genus sacrilegij, quod per anthoniam rei sacræ violatio dicimus multiplex est pro varietate rerum factarum, quæ violari possunt: quæque enumeravit D. Thom. 2. quest. 99. art. 3. Et in primo loco constituit Sacramenta. Secundo, vasa sacra, imagines, & sanctorum reliquias, quibus addi potest Scriptura sacra, & cæmoniz in cultum Dei destinata. Tertio ornamenta Ecclesia, & ministrorum. Quartò bona Ecclesiastica in sustentationem ministrorum deputata: in his enim omnibus Deus colitur, & consequenter corpus maius tractatio sacrilegum est.

Merito D. Thom. primo loco constituit Sacramenta; quia nulla res est illis sacrator. Teneris ergo ea dignè tractare, tam in administratione, quam in susceptione, atque sacrilegus eris. Solus de sanctissimo Sacramento Eucharistia est dubitum: ac cuius irreuerentia sit irreligiositas alia distincta à sacrilegio, & eiusdem rationis cum ea, quia Christus dominus in ipso offendetur. Affirmat Suarez tom. I. de Religione, lib. 3. cap. 6. num. 1. & 2. Moutier, quia Christus in Eucharistia eadem adoratione latice adoratur, & eadem reverentia colitur, ac colitur in propria persona, vt tradit. Trident. sess. 13. cap. 5. & can. 6. Ergo irreuerentia facta Eucharistia est eiudicem rationis cum irreuerentia facta Christi in propria persona: quod confirmari potest ex illo Pauli 2. Corinth. 2. affirmans reum esse corporis, & sanguinis Domini, qui indigne Eucharistiam sumit. Nihilominus tenenda est communis lenitudo irreuerentiam factam Eucharistia esse propriæ sacrilegii: tametsi omnium grauissimum, neque aliam speciem irreligiositas habere; sic Caietan. 2. 2. quest. 99. art. 1. & 3. dub. 6. Lessius lib. 2. de inst. cap. 45. dub. 3. n. 16. Fane D. Tho. supradicto loco: quatenus Eucharistiam inter res factas constituit, omniumque sacratissimam, reliquaque DD. enarrantes Sacramenta: inter res factas, quæ per sacrilegum profanari possunt, non excludunt Eucharistia Sacramentum, sed potius dicunt in illis specialius rationem sacrilegij reperihi. Sed probo conclusionem: Quia Eucharistia est Deum continent, non est Deus formaliter, sed signum gratiae sanctificantis Deum ipsum continent. Ergo iniuria facta Eucharistia non est formaliter Deo: ergo non est irreligiositas à sacrilegio distincta. Et confirmo Christus dominus in Eucharistia existens non se exhibet visibiliter, & tractabilem, sed infra cuiusdam reti inanimatae, tametsi ibi sit mens, & intelligens. Ergo iniuria Eucharistia facta, non est formaliter facta ipsi Deo in propria persona, sed in signo illius continent, & gratian significante: sed qualibet iniuria facta Deo in eius signo, est in specie sacrilegij: ergo. Item negari non potest, irreuerentiam factam

factam Eucharistia esse in specie sacrificij; quia est violatio rei sacramentis. Ergo non est in alia specie ireligiositas; quia non sunt viae multiplicanda absque manifesta ratione. Neque obstat fundamentum oppositum. Fatoe inquam adorationem, & reverentiam factam Christo in Eucharistia esse latetiam; quia ad hanc reverentiam, & adorationem solum exspectatur, ut ferantur in petronam diuinam sua in le, sive in signo. An autem intra illam speciem adorationis latet varij actus specie distincti distinguantur, alij qui feruntur in Deum secundum se, alij qui feruntur in ipsum representatum in imagine, non satis constat, & forte probabilis est distingui. Verum in ratione ireligiositatis iam receptum est, irreverentiam, quae sit Deum secundum se, distingui ab ea, quae sit ipsi in signo representante, seu continent, tamen virtute irreverentia adorationis latet opponitur. Quod optimè confirmatur ex irreverentia facta cruci, & imaginis salvatoris, quae sic conuersus sacrificium propriè dicitur, tamen si opponitur adorationis latet. Ergo irreverentia facta Eucharistia sacrificium propriè est, tamen si adorationis latet opponitur.

3. Sed inquires, quare sacrificium non fuit enumeratum à D. Thom. inter res sacras primi generis, cum etiam possit, sicut & sacramenta irreverenter tractari. Respondeo, quia sacrificium est ipse mens cultus Dei in se, non res cultui deseriens, id est reverentia in illo commissa grauior malitia est, quam sacrificij qui offendit Deum in se: sacrificium votu extendit Deum in signo representatum. Idem est secundum de oratione. Non enim oratio est res, per quam Deo cultus deferatur, sed potius ipse formalis illius cultus, atque adeo irreverentia ibidem commissa Deo immediate fit, non res cuius cultui deveneribus.

6. In secundo loco constituit D. Tho. vasa sacra, imagines Dei, & Sanctorum reliquias; quia haec omnia cultui diuino deseruntur coruque profanatio eedit in iniuriam ipsius Dei, quod in vasis sacris, imaginibus Dei clarum est. De reliquis, & imaginibus factorum est dubium: an eorum irreverentia sacrificium sit? Et ratio dubij est, quia corum veneratio non pertinet ad virtutem religionis, sed ad aliam virtutem inferiorem, scilicet diuina. Ergo irreverentia illis facta illi virtuti opponitur, & non religione, sicut irreverentia facta parentibus virtuti pietatis, & non religione opponitur, quia parentes non ex virtute religionis, sed ex virtute pietatis honorantur.

Dicendum est dupliciter Sanctorum imagines, coruque reliquias profanari posse: vel, quatenus sunt reliquiae, & imagines amicorum Dei, illigique familiarium, vel quatenus sunt reliquiae, & imagines aliquorum, qui ob propria excellentiem, quam habeant, veneratione sunt digni. Si primo modo irreverentia facta, sacrificium est propriissimum, quia tunc non tam ipse sanctus, quam Deus in illo, cuiusque imagines dehonesta sunt. At si secundo modo irreverentia facta, conuinicit argumentum, non esse propriè in specie sacrificij talen maiestiam, sed in alia inferiori: Addi potest forte species sacrilegij illi coniungi, quia in iniuriam Dei cedit quilibet irreverentia facta illis, quos Deus sibi coniunctissimos habet, tamen non illi, sed quatenus coniuncti sunt. Nam esto ad cultum progenientem ex virtute religionis haec formalis intentio necessaria sit: ad at vitium ei oppositum non videtur requiri; qui plura ad rectam operationem, quam ad malam requiruntur: cum bonum ex integra causa, malum ex quolibet defectu: sic Lessius lib. 2. cap. 45. dub. 3. n. 18. Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 3. c. 6. & 7.

7. Ad huiusmodi speciem reduci possunt quilibet verba sacra. Tum quia sunt quasi quadam Dei reliquiae ab ipso distinctae. Tum quia ipsum Deum loquentem quasi imagines representant. Tum quia per ipsa nos Deus sanctificat, iuxta illud Ioseph. 13. Vos mundi estis propter sermonem. Quocirca illorum profanatio, & abusus, seu corruptela sacrificium gravissimum est: praterquam quod alia crimina fecum regulariter coniungit: sic Suarez. c. 6 fine Lessius lib. 3. n. 17. Bonac. diff. 3. de primo decal. prae. q. 6. punct. unico, n. 5.

8. Tertio loco constituit D. Thom. ornamenta Ecclesie, & ministrorum, scilicet que specialiter sunt per consecrationem, seu benedictionem diuino cultui destinatae: per hanc enim Deus colitur. Ergo illorum profanatio sacrificium est: sic Suarez, Lessius, Bonac. & omnes. Quare si vetas sacras irreverenter scindas, comburas, seu ad vasis profanos applies, aut alio modo ireligiosè traxes, sacrificium eris. Et idem est de destructione ireligiosa templi illiusque profanatio: quia templum est quædam res sacra, sicut vasa sacra, & ornamenta, tamen alias immunitates speciales habet, quæ vasis factis, & ornamenti non sunt concessae, ut bene notauit Suarez cap. 5. fine. Dixi notanter, quæ sunt per consecrationem, seu benedictionem destinatae diuino cultui: quia non caret probabilitate, tenequa, quæ ad ornatum pertinet, & vasa, in quibus ponitur vinum, & aqua inter res sacras computanda non esse: sic docuit Anton. Gomez tr. 3. variar. c. 5. n. 11. & confidit Farinac. qu. 172. n. 46. & 58. Haec species poterat non numerari à super-Feid. à Castro Sum. Mor. Pars III.

riore distincta; quia violatio vasorum sacrum, vel ornamenti sacri, vel templi, quatenus factum est, & cum aliis rebus latus conuenit, non videtur distinguiri: sic Valent. 2. 2. diff. 6. q. 15. p. 1. ver. ad secundam speciem. Suarez r. 1. de Religione, tract. 3. lib. 3. c. 5. in fine.

9. Quarto loco enumerat D. Thom. bona Ecclesiastica; quia haec aliquo modo sacra fuit, & in cultum Dei ordinata, quatenus destinata festinationi illorum, qui Dei cultui detinunt, & quia deserunt, & aequa de causa alienari vollo modo possunt absque solemnitate à iure praescripta. Qui ergo haec usurpauerit, vel alienauerit extra calus permisum, ultra iniurie peccatum, militiam sacrificij contraria, ut latius cum de alienacione horum bonorum tractauit, ibique dixi sub iis bonis non comprehendere bona propria beneficiorum, quorum ipsi habent dominium.

10. An vero retentio decimatum, & legatorum sit sacrificium, Communione affirmare testatur Valent. 2. 2. diff. 6. q. 15. p. 1. ver. item ex sententia; & de legis affirmat Lessius lib. 3. c. 45. dub. 3. n. 18. ver. Septimo. Probat, quia haec sunt ab Ecclesia in cultum diuinum temore destinata, quatenus sunt destinata in sustentationem ministrorum.

Dicendum ram est, si legata non sunt tradita Ecclesia, tamen isti iniuriam sit ea retinere, non videtur sacrificium, neque alia species peccati, quia non sunt facta bona Ecclesia, quotum alienatio specialiter est prohibita, ut latius dicitur, tract. de bonorum Ecclesiast. alienat. & tradit. Farinac. q. 171. n. 45. De decimis aliter dicendum censeo, non solum committi iniuriam in illarum retentione, sed etiam irreligiositatem aliquo modo deteriore sacrificio. Quod sit in iuri initia constat; quia teritus quod alienum est: quod vero sit ireligiositas sacrificio deterior, sic probo; quia solutio decimationis est formalis cultus Dei, quia sit in recognitionem supremi dominii. Ergo carum retentio ireligiosa erit, ut propter huic cultui diuinum opposita priuatu, sicut est opposita omissione sacrificij tibi ab Ecclesia mandatum esset offerre.

11. Supradictis videtur addendum tempus sacram, quod specialiter diuino cultui destinatur, quales sunt dies dominici, & festi; sicut enim in templo, & in vasis sacris Deus honoratur, & colitur, sicut in die dominico, & festivo colitur auditione Missa, & abstinentia ab operibus seruilibus. Ergo qua ratione templum, & vasa sacra inter factas res enumerantur, euorum profanatio sacrificium est, & tempus etiam enumerari debet. Ceterum existimo tempus non esse inter res sacras numerandum; quia tempus non facatur, tamen in illo facit. Neque enim auditio facit, aut seruilius operum abstinentia mandatur in venerationem temporis, sicut mandatur in venerationem templi abstinentia in illo à forensi iudicio, & mercatura; sed directè mandatur auditio Missa, & abstinentia ab operibus seruilibus in cultum Dei. Tempus autem ex tali mandato nullam specialiter sanctificare acquirit, sicut non acquirit tempus, in quo alicui mandatur elemosynam facere, vel aliud pium opus exercere. Ex quo sit omissione Missa in die festo, & labore seruilem non esse propriè sacrificium, quia non est violatio aliquis rei sacre, sed est peccatum cuiusdam ireligiositatis contra Deum: sic Suarez lib. 3. c. 4. à num. 3, fauit Lessius lib. 2. c. 45. dub. 3. n. 18. s. i. 2. Sit secundum peccata mortalia in die festo commissa non habere speciem sacrificij, quia non sunt intuta religionis specialiter prohibita, ut latius Tract. de obseruat. festorum diximus.

## §. III.

Quale peccatum Sacrilegium sit.

## S U M M A R I U M.

1. Sacrilegium ex genere suo est mortale. Aliquando fieri potest veniale.
2. Est peccatum omissionis, & commissionis, & qualiter contingat.
3. Item contingit hoc peccatum per excessum, & per defitum.
4. Aliquando hoc peccatum cum alia coniungitur. Ali quando per se committitur.
5. Explicare debes in confessione qua sacrificia commis-feris.

1. Constat est omnium sententia peccatum sacrificij ex genere suo esse mortale. Tum quia excellens virtus opponitur, qualis est religio, tum quia grauem materialm habet, ut constate potest cuiuslibet discurrenti per supradictas species sacrificij. Solum est difficultas; an & quando sit veniale? Et quidem si sacrificium committatur ex formaliter contemptu rei sacrae, nunquam veniale esse poterit, quantumcumque laetio rei sacrae videatur levissima; quia contemnete Cerum,

D. graue

DE  
ASTRIS  
PALA  
TONI

314 De Tentatione Dei, Blasphemia, Sacrilegium.

grave quid est & haereticorum proprium. At si non ex formalis contemptu, sed materiali res sacra offendatur, peccatum veniale esse potest. Primo ex parte materie, ut si leviter clericum percutias, leuem rem e loco facio fureis, leviter rem vero promissam violes. Vtupate autem iurisdictionem, tum in imponendo clericis tributum, tum in illo iudicando, aut ad iudicium trahendo, nunquam esse potest leuis materia, tametsi minimum tributum sit, & minimum tempus, in quo a iudice seculari detineris; quia ut bene dicit Suarez tom. 1. de Religione, lib. 3. cap. 7. num. 2. non tam attenditur ibi quantitas tributi, aut temporis, pro quo iurisdictionis usurpatur quam usurpatio ipsa iurisdictionis, quae per se res gravis est. Secundò fieri potest sacrilegium veniale ex defectu considerationis, & aduenturis: quod in omnibus peccatis commune est: sic Suar. suprad. Valentia 2. 2. discept. 6. quas. 15. p. 2. Lessius lib. 2. de iustitia. cap. 45. dub. 4. n. 29. Bonac. 2. 3. de primo decalog. praecept. quas. 6. p. univ. num. 19.

2. Hoc peccatum esse potest omissionis, & commissionis, tametsi frequenter commissionis sit. Valent. 2. 2. discept. 6. quas. 15. p. 2. Suarez tom. 1. de Religione, tract. 3. lib. 3. cap. 7. num. 4. Percusso enim clericis, extractio delinquens ex loco facio vasorum sacerdotum profanatio, templi destructione, & similia, peccata sunt commissionis, vt de se constar. At si reverentiam debitan ex precepto alicui rei facta, ut imaginis, aut Eucharistie omittas, peccatum omissionis facti, quia fieri faciunt quae Eucharistie non se inclinari, cum adoranda proponitur, & sacerdotes, qui in sacramento repositum sine clausibus habent, iuxta text. in cap. san. de celebratione Missarum. An autem si proprium sacrilegium, vel aliud peccatum distinctione non recipere sacramenta tempore debito non fas constat. Videatur enim sacrilegium non esse, siue non est sacrilegium omisso Missa die festo, sed quoddam peccatum irreligiositas circa Deum à sacrilegio distinctum. Adeo sacrilegium debet committi circa tem facram: at ubi datur omisso sacramenta nulla est res sacra. Ergo nullum est sacrilegium, quod in laetione rei sacra constituit. Nihilominus probabilitate multi videunt, sacrilegium esse; quia negari non potest ibi omitti aliquam reverentiam debitan rebus factis, scilicet sacramenti. Ergo talis omissione sacrilegium est: violas enim per omissionem rem sacram, quam sacramentorum receptione veneraris. Secus dicendum est in Exemplo de omissione Missae praecepto: hæc enim sacrilegium propriè non est, ita irreligiositas alterius rationis; quia in Missa non tem sacram sed Deum ipsum direxte veneraris; ipsa enim est Dei veneratio, & supremus cultus.

4. Rursus hoc peccatum esse potest & per excessum, & per defectum; per excessum, si rem, quæ sacra non est, cultu facio veneraris, ut si vestitus non sacerdos pro sacerdoti viratis, illisque veneracione sacramentis vestitus debitan tribus: si reliquias, vel imaginem alicuius hominis non approbat à Sede Apostolica pro sancto, publicè ut talem veneraris, vel priuatum sine sufficiente fundamento: committunt enim excessum in tali cultu: peccas ergo sacrilegij peccato per excessum; per defectum clara sunt exempla: nam percussio clericis, profanatio vasorum sacerdotum, indigna sacramentorum suscepit, & similia sunt peccata per defectum, quia deficitis à cultu, quem talibus rebus factis exhibere debetas.

4. Deinde hoc vitium sacrilegij aliquando cum aliis peccatis est coniunctum, aliquando per se solum committitur, quod in ordine ad confessionem est notandum. Nam sacerdotem cum iniustitia, ut in percussione clericis, sacerdotem cum intemperancia, ut in altricio vero castigatis sit. Sacerdotem solum sacrilegium patitur, ut si verberes clericum ipso consentiente, vel per laicum abficio necessitate: si copulam maritalem habcas in Ecclesia abficio necessitate: si vala sacra profaneas, sacramenta indigne suscipias, in iis omnibus casibus sola malitia sacrilegij reputar.

5. Denique in confessione non solum explicandum est, quoties commiseris sacrilegium, sed quæ sacrilegia sunt; quia non solum in genere, sed in specie teneris peccata commissa declarare: confitar autem plura sacrilegia specie differre: quæ enim primo loco constitutum differtur à secundo, & tertio, iuxta distinctionem supra factam, quæ est generis in species non infinitas, quare quolibet ex illis generibus duas species habet. Aliud enim est sacrilegium commissum vulnerando clericum, aliud illud ad tribunal secularium docendo, aliud tributum ei imponendo. Item aliud est sacrilegium, quo sacramenta violantur, & quo vestes, vasa sacra, & quod locus sacer per extractionem delinquens, vel mercaturam, quo bona Ecclesiæ indebet, vel usurpat: teneris ergo haec omnia declarare: & notauit Bonac. discept. 3. de primo decalog. praecept. q. 6. p. univ. in fine.

§. IV.

Quæ poena sacrilegii sint impositæ, vel imponendæ.

S V M M A R I V M.

1. Explicatur quibus in casibus excommunicatio sit ipso iure imposta ob sacrilegium.
2. Sacrilegium est mixti fori, & poena imponenda arbitria est fluctuaria qualitate delicti.

1. Si loquamur de peccatis ipso facto impositis, nulla habetur iure extra causas latinas referendas. Prima est sacrilegium commissum per spoliacionem rerum sacrarum cum extractio templi: iuxta c. conquesti 22. de Sentent. excommunicat. ob quod sacrilegium excommunicatio incurrit, de cuius intelligentia factus dixi, cum de immunitate Ecclesiastarum sermonem feci. Solum adiutorio si res sacras comburas tametsi non aloperte excommunicati contabere possit templi effractione; quia respectu damnificationis Ecclesia, & illius spoliacionis per accidens est, quod tecum res sacra sunt, vel quod illas comburas. Item si templum ipsum deluxeris, & bona illius dissipaueris, clarum est in supradicta excommunicatione te comprehendendi: quia vere spoliis, & effigie: & in iis consentit Suarez 2. 5. de curia. discept. 22. sed. 2. num. 12. Lessius lib. 2. c. 45. dub. 4. n. 22. Secunda est, sacrilegium commissum ob violentias manus in clericum, ratione cuius contrahitur excommunicatione referuatur cap. 5. quis iudicante 17. q. 4. de eius intelligentia sat dixi in tractatu de excommunicato punto de excommunicato: reformatio in decreto. Tertia est de violibus immunitate Ecclesiasticam principiū impositione tributorum, & illo iure exactione, qui ipso iure excommunicantur in bulla eccl. Domini, ut iuris iuris etat de immunitate Ecclesiastis. dixi. Exira hos casus nulla est censura, nec poena sacrilegii ipso iure annexa, & traditio Suarez, Lessius, Valentia, Azor, Bonacina, reliquie Doctores allegati.

2. Si autem de peccatis imponendis a iudice loquamur, latet eas expendunt Salzed. tract. 6. 87. Decian. lib. 6. tract. 3. cap. 33. Menochius de arbitrio lib. 2. cap. 38. Farinac. de furioso. q. 72. a. n. 1. & seqq. Hi ergo Doctores primo statuerunt criten sacrilegij esse mixti fori, & tam iudicem Ecclesiasticum, quam facultatem de laico illud committente cognoscere posse ad præventionem: ne Salzedo dicit 6. 87. vel inter laicos Petr. Gregor. Syntag. iuris lib. 33. cap. 15. num. 3. Larinac. num. 30. & q. 8. num. 132. & 156. Peccata autem imponenda arbitria est pro qualitate delicti quod arbitrium extendit potest usque ad prenam mortis, si sacrilegium grave sit, quale esset futuri alicuius custodiz, in quo sanctissimum sacramentum esset depositum: samecips ipsa minimi valoris fuerit; quia non attendunt tam qualitas facti, quam sacrilegij: sic Clari. in præl. S. sacrilegium, n. 4. & c. 2. Gregor. cap. 1. n. 1. Decian. cap. 33. n. 14. & 21. Menech. 100. cap. 38. Farinac. q. 72. & num. 12. Anton. Gom. 1. 3. varior. cap. 5. n. 11. & probat maius in lex. Sacrilegij parvam. ff. Ad leg. in punitio, ibi: sacrilegij peccata debet punitio pro qualitate personæ, propter rei conditionem, & temporis, & aetatis, & sexus, vel feueris, vel clementius statuere. Ecce qua ratione angenda, vel minuenda peccata est arbitrio iudicis. Quod autem neque ad mortem extendi possit constat ex verbis, quæ immediatè subiungit. Et scio (inquit) malitos etiam ad bestias dannificare sacrilegios nonnullos etiam vivos exfusiles, alios vero in farca suspensos.

D I S P U T A T I O III.

De Simonia crimine Religioni oppositorum.

1. Læcit de hoc crimine etsi, sacrilegium sit speciem disputationem inservire: quia de illo specialist iure tractant, ut confitat titulus de Simonia in decretal. & in decret. causa 1. per questiones sequentes, & in leg. nostris regni, titulo 17. part. 1. Item Theologi cum D. Thom. 2. 2. q. 100. & com. Magist. 4. discept. 25. Summis verbis simonia: & alijs in disceptu referendi.

2. Simonia vitium est religioni oppositorum, in quo indigne res spirituales perfractantur, ex quibus alii sunt per se spirituales ut sacramenta, dona supernaturalia, &c. Aliae spirituales annexe, ut beneficia Ecclesiastica. De his omnibus, quæ ratione simonia committatur haec præsenti Disputatione declarare intendimus.

PVNCTVM